



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-193109-p0001-4

DFG







1733.

1. Ahlwardt, Petrus : Gedanken von der  
rechten Art die Vernunft-Lære zu lehren  
und zu lernen.
2. Gordius, Philosophus Balthasar : De nullo  
et origine usn donationis præter nuptias  
maxime jure iusticiam consideratae.

3 1734.

3. Nitschblatt, Christianus, Rethr. Univ. Gryph. : Pro-  
gramma, quo . . . occasione herbolatriæ ve-  
lerum . . . has tempore naturitatis domini ad-  
dandi solum, ac cultus salis justitiae in creati-  
vitate lanque ergo . . . Salvatorem venerato-  
rem . . . exortat atque adhortatur.

1734.

1. Ahlwardt, Petrus : De subordinatione finium  
principiorum secundum quos dominus suas lenitatem  
componere actiones



1734.

2. Helvignis; Iacobus Andrea: *De respectu personarum  
rum civitatis, justi ac iustissimi.*

1735.

1. Alfonso de Ovies: *Immortalitas animae  
humanae . . . demonstrata*

2. Helvignis, Iacob. And: *De immunitate et  
rectigali, secundum ius Roman. et. Justinianum  
considerata.*

1736.

1. Ballescas, Augustinus: *De beneficio stylis  
curiae, pro iudicioribus in Prætoria vñfalto.*

2. Ingelbrecht, Hermann Henrich. *Præculatione academicum  
qus fundamenta exemtoris rerum præceptorum  
et rectigali. . . curiam examinata*

1736.

3. Helveticus, tractatus lucens: De jure manus sive  
statu. -

4. et Helveticus, tract. lucens: De ammissione iustorum  
mentorum

5. Leibenthalius, Philip Pet.: Dissertationis moralis continens  
principia obligationis et non obligationis pacti per  
metum extorti.

6. Nettelblatt, Christianus: De appellatione ad judicium  
imperialis Anticam.

7. Nettelblatt, Christianus, Prolegomenos 674. Tectorum:  
Programma, quo . . . et Disputationem in any . .  
De appellatione ad judicium Imp. Anticum, quam  
pro licentia summis in utroque jure honoris  
capescendi . . . substitit Christianus Peters, . . .  
invitas insinuare: De variis contra sententias  
in summis imp. tribunalibus latas competentiis

remedii, et proscriptio de recurso ad comitia Tivern  
1737.

1. Balthasar, Aug: De contractibus et actionibus brac  
filiis et stricti juris
2. Balthasar, Aug: Programma, quo . . . ed : -  
Petri Matthaei Haselbergii . . . risputationem  
iung . . . invitat . . . resimulque : Reato ac  
fatis Henrici Rubenovii . . . quædam  
proposit
3. Balthasar, Augustinus: Origine, statu ac  
conditione dominum propriorum in Provencia p. II  
de variis modis contrahendi contractum in  
merita

9  
Pri. 16. Num. 25.

DISSERTATIO JVRIDICA  
DE  
**BENEFICIO STYLI  
CVRIÆ,  
FIDEJVSSORIBVS IN POME-  
RANIA INDVLTO.**

QVAM  
**DIVINA FAVENTE GRATIA,  
CONSENTIENTE MAGNIFICO JCTORVM ORDINE IN ACADE-  
MIA GRYPHICA,**  
P R Ä S I D E  
VIRO EXCELLENTISSIMO, PRÆNOBILISSIMO CONSULTISSIMO QVE,  
**Dn. AVGUSTINO BAL-  
THASARE,**

JVR. VTR. DOCT. AC PROFESS. REG. ORD. CELEBERR.  
DN. FAVTORE AC PRÆCEPTORE SVO  
DEVOTA ANIMI OBSERVANTIA COLENDO  
AD DIEM APRIL: MDCCXXXVI.

H. L. Q. C.  
PVBLICE VENTILANDAM PROPONIT

AVCTOR ET RESPONDENS

**JOH. BRANDAN. ENGEL-  
BRECHT,**  
GRYPHSW. POMER.

••• GRYPHISWALDIAE, •••



E TYPOGRAPHO CAROLI HÖPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.

VII.

VIRO  
ILLVSTRI AT<sup>QVE</sup> GENEROSISSIMO  
DN. JOACHIMO FRI-  
DERICO  
AB ENGELBRECHTEN,  
ILLVSTRISSIMI REGII REGI-  
MINIS PER POMERANIAM SVECICAM AC  
RVGIAM CONSILIARIO LONGE GRAVISSIMO,  
DYNASTÆ IN BAGGENDORFF, ETC.

DN. AGNATO AT<sup>QVE</sup> MECOENATI SVO  
OMNI HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV DEVOTE  
SVSPICIENDO  
PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS  
IN SVI MEMORIAM STUDIORVMQVE SVORVM  
COMMENDATIONEM  
CVM OMNIGENÆ PROSPERITATIS VOTO

Sacras esse ac submissæ offerre voluimus  
J. B. ENGELBRECHT,  
L. L. Stud,



## PRÆFAMEN.



Iraberis forsan B. L., me speciminis Academici loco luci publicæ committere disquisitionem de materia admodum difficulti, quam nemo hucusque, quantum mihi constat, commentary aliqua ex professo illustravit. At enim vero cum illa non solum respicienda, quæ ab aliis jam ad nauseam usque ventilata, ne vel centenis vicibus trita atque pertrita superflue recoquantur, ea potius, quæ antehâc neglecta foro tamen usuique moderno magis sunt accommodata, ad uberiorem limam sint revocanda; Studio proinde atque consulto hanc de *beneficio stylis curia*, dulcedine potissimum studii juris patrii captus, selegi materiam, quam ex instituto nunc evolvere ac pertractare animus est. Rem equidem tenuissimi mei ingenii vires longius egredientem aggredior,

A 2

dior, nulla interim deterritus difficultate, id adhuc per-  
cipio solaminiis: *Etiam in magnis voluisse sat est.* Præterea  
de exercitio saltem academico edendo sollicitus sum, quo  
**DOMINIS PATRONIS, FAVORIBVS & bonis quibus-**  
cunque aliquales fructus temporis in hac alma per qua-  
driennium non plane otiose collocati exhibeam, non de  
orbe informando politiori. Quod si itaque non omnia,  
prout materiæ dignitas & expectatio forsan lectoris desi-  
derat, ad amissim pertractaverim vel aberrando a recto  
veritatis tramite humani quid passus fuerim; In re tamen  
tam arduâ, cuius vixdum via mihi strata, facile a quovis  
veniam mihi promitto, saniora docenti pronas porrectu-  
rus aures.

## CAPUT I.

De

### BENEFICIIS FIDEJUSSORUM IN GENERE.

§. I.

**D**e BENEFICIO STYLI CURIAE, quo fidejussores in Po-  
merania nostra gaudent, acturus, e re fore duxi, suc-  
cinctam aliquam delineationem BENEFICIORUM  
FIDEJUSSORIUM in genere præmittere, que sta-  
tim in fronte, pro substrata hic materia, describo per  
Remedia seu *subsidia juris*, in favorem & utilitatem fidejubentium intro-  
ducta. Quid vero sit FIDEJUSSOR, cuilibet vel leviter saltem  
in Institutis versato, non potest non esse perspectum atque co-  
gnitum; Est namque persona, quo per conventionem, ob majorem cre-  
ditoris securitatem, debitoris obligationem in subsidium in se recipit, ita, ut  
debitor nihilominus principaliter maneat obligatus. Vid. prine. J. de Fide-  
jussi, ibique Horp. in Commentis.

S. II.

## §. II.

Quam male vero res fidejussorum sint compositæ, non una vice docet sapientissimus SALOMON, qui inde ab inconsulta fidejubendi facilitate deterrere voluit homines in *Proverbiis suis Cap. XI. v. 15. XX. 16. XXII. 26. & 27. XXVII. 13.* Id quod & Germani per antiquum inferre volvere proverbiū; Den Bürgen soll man würgen, quod commentary sua illustravit Dn. HERTIUS in *Paramis juris L. I. Par. 94.* Non itaque sine ratione Rex SALOMON Proverb. Cap. XVII. 18. pronunciavit: *Stolidē agit spondens ac fidejubens pro proximo suo.* Cui olim adstipulatus prudentissimus PETRARCHA, laudatus ab HERINGIO loco mox citando; *Magnam dicens esse futilitiam, pro aliis fidejubere.* Confer alia quam multa lectu jucunda, quæ contra moralitatem fidejussionis proferuntur; ab HERINGIO in pereleganti ac absoluto suo Tratatu: *De Fidejussoribus Cap. I.* Non itaque mirum, quod SYRACIDES Cap. XXIX. 21. prodigum dicat fidejubentem pro alio, & JASON: *Fidem pro aliis interponere, dilapidare est, suaque substantia abutit, unde certa paupertas, apud Dn. MEV. ad Jus Lubec. L. I. T. 5. a. 10. n. 36. & P. V. D. 247. n. 6.* Hinc, quamvis jocose, vere tamē dixerunt Germani: Viel leihen und borgen, (vel bürgen) ist eine Vergiftung des Erbtheils, und hat eine Stieff-Mutter, die heißt, verkauff deine Güter, die gebähret dir eine Tochter, die heißt, gib sie wohlfeil, dieselbe hat einen Bruder, genannt: Zum Thor hinaus. Vid. HERING al. l. Cap. XV. n. 13. & B. Dn. F. GERDES, Prof. Gryph. & R. Consist. quondam Director gravissimus, in Tr. de Decoloribus §. 12. & 13. Quid quod, MEVIUS l.c. num. 87. pessimum genu bonum dicit, *quod promiscua & vulgata quasi fide supra patrimonii vires spondet, sibi noxiom, aliis fraudulentum.* Tantum itaque abest, ut beneficiis, ut potius pecunia digni habendi sint fidejussores. At enim vero non ita generaliter pronunciantur, nec odium, quod temerarii ac dolosi sponsores merentur, in quoscunque fidejubentes detorquendum esse, prohibet commerciorum favor, & vita communis necessitas, imo fidejubentium pietas cum humanitate conjuncta; quod approbat SYRACIDES Cap. XXIX. v. 17. ibi: *Vir probus fidejubet pro proximo suo.* Non enim

cujuslibet facultates sufficiunt ad exercenda commercia, neque cuilibet creditor i de integra alterius fide satis constat; Unde humanitatis est officium, egentibus subvenire, &, si pecunia succurrere non licet, interposita fide sua auxilium ferre. Vid. Ex-cell. Dn. MEVIU M in *Discus. Levam. inop. debis. Cap. IV. Sect. XIV.* n. 2. seqq. Sæpe tamen interposita fides & beneficium eo ipso alteri præstatum male admodum compensatur a malignis debitорibus, quin eo miseriæ haud raro adiunguntur miseri fidejussores, ut nec unde semetipos suosque alant, nec unde propria exsolvant debita, reliquum habeant (\*). Et quæ plura sunt alia, per quæ ad extremam usque egestatem adducuntur fidejussores, ut ob aliena debita omnibus fere exuantur fortunati, quin duriorem atque asperiorem experiantur fortunam, ac ipsi debitores principales, quiete lauteque alieni æris ope viventes. Quantum hoc improbum hominum genus in eos peccet, qui fidem suam pro ipsis interposuerent, & quænam istorum maleferiorum hominum sint officia, nec non, quomodo ipsorum malitia sit præveniendum, securitatique fidejussorum proposcendum? late & pro more suo, egregie exposuit Dn. MEV. all. Tr. I. c. num. 5. - 39.

## §. III.

Adeo dura itaque fidejussorum, alieno morbo laborantium, existente conditione, veniam potius atque misericordiam me-

(\*) Quæ causa est, quod olim in patria quæstio admodum fuerit exagita-ta: An fidejussoribus, alienis debitis, exfidejussione contractis, postha-bitis, propriis Creditoribus prius satisfacere, integrum sit? Quam exceptionem, saepius a fidejussoribus, pro differenda executione, objec-tam esse, ex actis publicis educto sum. Sed rejectam esse hanc excepti-onem, indicat *Recessus provinc. Pomer. de 1634*, nec non *Wolgastanus priorem confirmans*, de 1637. den. II. Januar. Tit. III. §. Als auch von etlichen fürgegeben/ ob solten die Fidejussoren nicht schuldig seyn/ ihre Dürschaften zu bezahlen/ ehe und bevor sie diejenige Schulden/ welche sie als debitores principales gemacht/ abgetragen: Solches aber denen Rech-ten/ und Landes- Constitutionibus, sonderlich dem L. E. Absch. vom 10. Jul. 1734. zu wieder läuft: so soll es bey solchen Abschiede ver-hlieben. Confer, quæ hac de re ex j. communis differit Dn. MEV. in Tr. all. I. c. num. 61. seqq. & P. I. D. 76.

rentur mitiusque tractandi, ut per *Glossam* adstruunt citati ab HERINGIO Cap. XXVII. n. 2. Dd. Indeque non potuerunt non prudentissimi circumspetissimique Legislatores, ad indemnitatem & subsidiū fidejubentium promovenda, variis ipsis prospicere remedii; quæ dum HERING in laud. Traß. nec non Dn. Mev. l. c. magna jam copia congeserunt, solideque discusserunt, crambem coctam hic recoquendo actum agere, haud ex utilitate esse putavi. Præter vulgaria vero remedia, quibus, propter benigniorem in ipsos propensionem, fidejussorum fortunæ consulunt jura communia, consuetudo insuper vel etiam statuta variorum locorum lautoria adjecerunt remedia, quibus iis succurritur, quæ, ut & insigniora juris communis remedia, non incongrue a Dd. appellari solent *Beneficia fidejussorum*, quia scil. in favorem & commodum eorum sunt introducta. Sunt autem horum potiora, jure civili prodita, I.) *Beneficium ordinis seu excusationis*, II.) *Benef. divisionis seu epistole D. Hadriani*, III.) *Benef. cedendarum actionum*, & IV.) *Benef.* seu remedium L. si contendat 28. ff. de Fidejuss. Jure autem, vel potius consuetudine, patriæ in primis eminent V.) *Beneficium Styli curiae*, quod tamen in effectu haud differt ab illo, quod j. civili jam innotuit, beneficio divisionis; Nec non alterum VI.) vulgo: *Beneficium assentie*, dictum. Ex omnibus hisce pro præsenti scopo enucleandum mihi præfixi, notabile & in praxi patriæ frequentissimum *BENEFICIUM STYLI CURIAE*: Reliqua juris civilis & patrii præfata beneficia primis saltē, ut ajunt, labris degustaturus, quatenus vel ad faciliorem sequendorum faciunt intellectum & connexionem, vel forsitan speciale quid in jure nostro provinciali & statutario, vel etiam praxi & consuetudinibus Pomeraniae, circa illa invaluit, notatu in primis dignum.

#### §. IV.

Imum illud insigne *BENEFICIUM ORDINIS seu EXCUSATIONIS* est Remedium fidejussoribus per Novell. IV. Cap. I. indultum, vi cuius cum effectu conveniri non possunt fidejussores, nisi prius debitor principialis ad sacram & peram usque excutatur. Hunc nempe in exigendo debito ordinem servare debet creditor, ut primo loco con-

conveniat debitorem principalem, ejusque bona excutiat, antequam ad fideiussorem ejusque hæredes, accessorie saltem obligatos, accedat. Quanquam ipsa Novella, hujus beneficij sedes, suas admittat exceptiones, utpote, si debitor principalis notorie non sit solvendo, vel alias non nisi difficulter conveniri queat. Quibus & Dd. alias, a natura hujus negotii haud alienas, adjicere solent limitationes, quas longa serie recentent HERING. l.c. Cap. XXVII. P. I. & MEV. ad Ius Lub. L. III. T. 5. a. 1. C. P. RICHTER in Disp. de Fideiuss. §. 2. G. BICCIUS in D. de Fideiuss. eorumque benefic. §. 17. S. STRYCK. in D. de Benef. excus. Cap. 5. Verum, an excussionis beneficium etiam ad bona extendatur feudalia? five: Num debitor Vasallus, etiam quoad feudum, sit excludendus, antequam fideiussores conveniendi? altioris indaginis est quæstio, quam hic ex jure communi dijudicare, supervacaneum existimo, præprimis cum ex dispositione Recessus Wolgastani de 1606. den 7. Maii §. Als auch in dem punt ob des Lehn-Manns Schulden ic. non secundum jura feudalia communia, sed provincialia, in causis debitorum ex feudo solvendorum sit pronunciandum. Quod si itaque hac de re consulamus jura patria, deprehendimus in Recessu provinc. Wollin, de 1581. d. 9. Mart. §. Als auch der execution halber ic. plane in favorem fideiussorum dispositum, ne fideiussores execuzione molestentur, antequam Vasallus, debitor principalis, fuerit excusus: quin eo in casu, si non fuerit solvendo, h.e. si bona allodialia debitis exsolvendis non sufficiant, feudum in subisdium subjacere debere æri alieno, seu, ex feudo solutionem debiti esse desumendam, præviâ tamen cognitione, approbatione & estimatione Principis, tanquam Domini directi. Ita hanc in rem ibidem fluunt verba: Als auch der execution halben in Lehn-Gütern, und daß die fideiussoren für die principalen bedrenget werden, Erinnerung und Klage fürgekommen: Ist darauf mit gemeiner Landschaft Bewilligung verordnet und geschlossen, daß ein jeder Beschuldigter, wenn er sonst nicht solvendo, jedoch auf vorhergehende unsere gnädige Bewilligung und cognition, auch auf rechtmäßige estimation, wie die künftig, vermöge der Landess Privilegien, zu verordnen, seine Lehn-Güter, zu Rettung seiner Ehren,

Ehren, in solutum seinen Creditoren geben möge; Darüber auch, und so weit sich dieselbe Bezahlung erstrecket, sollen die Bürgen nicht molestirt werden: Es wäre denn, daß sie dem beneficio excussionis renunciaret, und dabey zugleich bey des principalis Gütern disputationes und impedimenta legalia fürsälen, daß die immision in dieselbe nicht in continentia und liquido geschehen könnte: Denn auf den Fall gegen die Bürgen dem Creditori rechte und billig verholffen würde. In quibus verbis latet ampliatio prioris theses, quod nempe executio in bona debitoris principalis decernenda, antequam fidejuslatores ad solutionem compellendi sint, etiam si beneficio excussionis renunciaverint; cum verba illa limitativa: Essey denn, daß sie dem beneficio excussionis renunciaret, und dabey zugleich bey des principalis Gütern impedimenta legalia fürsälen, &c. conjunctim sint accipienda. Quod si itaque beneficio ordinis a fidejuslitoribus fuerit renunciatum, debitor autem principalis adhuc sit solvendo, nullaque obstent impedimenta, quo minus executio in ejus bona fieri posit; hic nihilominus prius est excutiendus, quam fidejusfor: Ut hanc adducti Recessus de 1581. mentem declarat Recessus Vistat. Dicast. Sedinensis. de 1613, aliis 1616, Tit. 55. § 50. in fine. (†) Cui merito adiicienda altera ampliatio: etiam scil. fidejusfor se ut principalem, eis non Selbst Schuldner, constituit, quia haec clausula non immunitat

B

(†) Ubi haec prostant verba: Dem generalen L. T. Absch. de 1581 ist gemäß, daß Bürgen/ ob ihyn sie dem beneficio ordinis oder excussionis renunciaret haben/ dennoch/ wenn der principal Schulde Mann zahlbahr ist/ sich auch dazu willig erzeiget/ sollen mit der Zahlung und execution verhontet werden; Wie denn auch ausdrücklich allda die adversativa siehet/ daß solche execution wieder Bürgen so ferne nur staat habe/ woferne dem beneficio ordinis renunciaret ist/ und disputationes oder andere impedimenta, so dem Gläubiger die execution in des principalis Gütern verhindern/ verhanden seyn. Solches aber kommt denen Bürgen wenig in Hülfe/ nachdem bey vielen debitorum impedimenta genug/ so die Zahlung auch execution verhindern/ von ihren Frauen/ Wittwen/ Schwestern/ Töchtern oder Mitzgläubigern/ die besser Recht haben wollen/ eingeworfen werden/ also nicht allein disputationes, sondern auch impedimenta verhanden seyn; Jedoch wird solche Land Tages-Ordnung bey fürfallenden Sachen billig in Acht genommen.

tat qualitatem fidejussoriam & naturam obligationis, adeoque  
 nec excludit beneficia fidejussorum, nec conveniendi ordinem,  
 uti late exponit GOTTMANN Vol. I. toto Rep. 22. G. Boccius l. c.  
 §. 16. COCCUS ad LAUTERB. Tit. de Fidej. ibique alleg. Dd.;  
 Quanquam in diversum abeant GAIL L. II. O. 28. HERING. C. 27.  
 P. I. n. 85. DN. MEV. P. IX. D. 136. n. 10, aliisque. Pro priori tamen  
 sententia militat, quod moribus beneficium excussonis inter  
 correos, si ad alterutrum solum tota pecunia pervenerit, locum ha-  
 beat, ita, ut is, qui debitor quasi principalis est in negotio,  
 prius excutiendus sit, CARPZ. P. II. C. 18. D. 10. MEV. P. VI.  
 D. 297. n. 1. STRYCK in l. M. ff. Tit. de Duob. reis §. 5; Quanquam  
 hac ratione omnis differentia inter correum & fidejussorem hoc  
 casu tolli videatur. Et hanc quoque sententiam in praxi esse  
 receptam, testatur STRYCK l. c. Tit. de Fidej. §. 19, & in Disput. de  
 cauel. abund. in contratt. C. II. §. 69 seqq. nec non in specie qua  
 Pomeraniam nostram multis praेजudiciis eam confirmat in Disp.  
 de Feudis Pomer. §. 21. n. 6. seqq. Denique cum feuda Pomeraniae  
 indistincte æri alieno sunt obnoxia; vid. DN. MEVIUS in aureo illo  
 Consil. de natura feudorum & debitis feudal. Pomer. quod inter Consil.  
 ejus est 44., habita saltē ratione eorum, quæ ex dispositione Re-  
 cessus Wolgast: de 1606, monet idem P. V. D. 246. Hoc quoque ex-  
 tendendum est ad debita fidejussoria, seu ex fidejussione contracta,  
 Lobe- oder Gelübde-Schulden, ita ut & ob ejusmodi debita pri-  
 us in feudum, quam ordo fidejussores tangat, fieri debeat ex-  
 ecution: Quemadmodum olim Dux Pomer. gl. m. JOH. FRIEDER-  
 CUS, non obstante contradictione agnitorum, per Rescriptum Col-  
 bacense ad Dicaster, emissum, de 1570. d. 10. Nov. ita decidit. Quæ de-  
 cisio deinceps generali Recessu de 1581. & denique Recessu de 1606 ap-  
 probata, per verba ibidem generaliter posita: Daß ein jeder Bes-  
 schuldigter ic. Vid. supr. laudatus DN. F. GERDES in Disp. de oneribus  
 feudalibus §. ult. Cui jungendus DN. C. F. a FRIDENSBERG,  
 ICtus & Profess. Gryph. in opere MSkö vom Pommerschen Lehn-  
 Rechte, Cap. VIII. §. ult. Modo tamen ejusmodi fidejussioni ac-  
 cesserit necessitas ex tali debito, quod etiam feudum afficit;  
 Ut hoc ex tenore Constitutionum provincialium temperat  
 MEV.

ME V. P. V. D. 247. Quemadmodum itaque hæc regula: quod fidejussores ante principalem debitorem non sint excutiendi, suas habuit ampliationes, sic & e dicto Recessu prov. de 1581. suam admittit limitationem; si nempe impedimenta ad sint, quo minus in debitoris principalis bona immisso fieri possit; In quod recidit, si notorium non sit solvendo. Interim tamen præter hanc & reliquæ a Dd. inventæ exceptions, tam a jure communi, quam a natura feudorum Pomer. non alienæ, quarum supra remissive mentionem injecimus, haud excluduntur, quo minus & hic locum invenire possint.

§. V.

IIdum BENEFICIUM, fidejussoribus ex jure communi indul-  
tum, dicitur DIVISIONIS, seu EPISTOLÆ D. ADRIANI, quod locum  
habet inter plures fidejussores, qui pro uno debitore eadem  
que summa fidem suam interposuerunt, §. 4. I. de Fidej. vi cuius  
unus fidejussor, ex pluribus solus in solidum conventus, (licet  
alias stricto jure teneatur in solidum, 4. 3. C. de Fidej. & §. 4. J. eod.)  
per oppositam exceptionem divisionis petere potest, ut credi-  
tor compellatur, actionem dividere, & a quolibet fidejussor-  
um virilem portionem exigere, d. §. 4. J. l. 10. C. c. t. & l. 26. ff. eod.  
Modo omnes tempore litis contesti, sint solvendo, all. §. 4. J. &  
l. 51. §. 1. & 4. ff. cit. t. nec huic beneficio validè renunciatum fuerit,  
quod tamen factum non præsumitur per formulam correalis  
obligationis: Sammit und sonders, quâ fidejussores sementer inter se,  
einer vor alle, und alle vor einen, vel, si se ut principales, als  
Selbst Schuldigere, constituant. CARPZ. P. II. C. 17. d. 9. & 13.  
ME V. P. VI. D. 112. & 113. it. P. VIII. D. 161. n. 3. quod approbat LYNKER  
in Analect. ad STRUV. Exercit. 47. Tb. 26. SCHÖPFER in J. privato  
L. 46. T. 1. n. 36. BICCIVS l. c. §. 25. lit. b & f. Dissidente quamvis  
HERINGIO Cap. XVII. n. 53. seq. Cum quo etiam facit CARPZ.  
P. II. C. 17. d. 9. n. 7. aliisque ibidem allegati, & quadantenus Dn. ME-  
VIVS P. IX. D. 186., qui quâ clausulan: einer für alle, &c. excepti-  
onem statuit, si nempe huic deinceps generalis renunciatio fue-  
rit adjecta. At restius alii statuunt, hæc formulâ correalem sal-  
tem induci obligationem, inter correos autem beneficium divi-  
sionis

fionis obtinet, per *Novel. 99 Cap. 1. Conf. Dn. STRYK in II M<sup>ss.</sup> Tit. de duobus reis. §. 5 & Tit. de Fidej. §. 25.* Quæ sententia etiam in Saxonie recepta, teste CARPZ. cit. def. 9. Hunc Dd. dissensum diremit atque compositum Themasis Lubecensis, quæ cum effetu hæc verba accipi voluit *L. III. T. 5 art. 2. v. M<sup>E</sup>V. ad hunc ix. Conf. pluribus de hac materia differentes HERING. l.c. Cap. 27. P. 2. SCHNEIDEW. ad Tit. Inf. de Fidej. n. 70 sqq. Dn. LAVTERBACH. in Disp. de benef. divis. & G. BIGG. c.l. §. 26.*

## §. VI.

Illium porro, quod contra rigorem stricti juris fidejussori- bus concessum est, BENEFICIUM, dicitur CEDENDARVM ACTIO- NVM, vi cuius unus fidejussor ex pluribus solidum solvere pa- ratus, creditorem compellere potest, ut cedat sibi actiones, quas habet contra confidejussores, *L. 76. ff. de solut. l. 17. 36. & 39. ff. de Fidej. l. n. & 21. C. eod.* vel etiam interdum contra ipsum debitorem principalem, per *all. l. 13. & 36. ff. & Novel. 4 C. 1. in fine.* Ideo au- tem opus est hac actionum cessione, quia jus civile nullam alias fidejussori solidum solventi prodidit actionem, cuius ope id quod ultra portionem suam solvit, a confidejussoribus repetere posset, *civ. §. 4. 7. & all. l. 39. ff. & l. 11. C. de Fidej.* Quod si itaque creditor cedere ipsi nolit actiones fidejussorias, poterit fidejussor solutionem ei denegare, eumque per exceptionem cedend. act: repel- lere, *L. 24. C. cit. iii.* quam post sententiam usque definitivam op- ponere *L. 41. §. 1. ff. de Fidej.* & cessionem tam ante quam post so- lutionem urgere potest, *L. 36. ff. de Fidej.* Vid. CARPZ. P. II. C. 17. d. 16. mul- to magis si solutionem præcesserit pactum sive protestatio de ce- dendis actionibus. Et quidem necesse est, expresse in chiro- grapho cessionis actionum factam esse mentionem, nec sola in- strumenti seu epochæ traditio cessionem probat. P. HEIG: P. I. Q. 38. n. 53. De praxi tamen notandum, quod fidejussor solidum solvens etiam sine cessione nominatum facta, vel hac vitiosa aut nullâ existente, contra confidejussores ad partem virilem habeat actionem, CARPZ. P. II. C. 17. D. 16. n. 6. M<sup>E</sup>V. P. II. D. 218. n. 5. maxi- me si possidet instrumenta obligationis, M<sup>E</sup>V. P. VI. D. 387. Conf. HE-

HERING Cap. 27. P. 3 M E V. in Disc. Levam. l. c. n. 54. sqq. & P. VII. D. 25.  
 P. MASCOV. Antecessit quondam Gryph. & Confist. Direct. in D.  
 de benef. cedend. act. Jus Lubecense fane præoccupavit quamplu-  
 rima litigia & ambages, quibus plerumque involuta esse solet  
 cœssio actionum, & fidejussori solidum solventi, absque prævia  
 actionum cessione, regressum adversus confidejussores concessit,  
 L. III. T. V. Art. 2. ibi: Des haben sie doch ihren regress an den an-  
 dern Mitlobern oder derselben Erben, solches wiederumb zu so-  
 dern, ita, ut solvens non amplius opus habeat, ad cedend. act.  
 beneficium configere, sed statim conditione ex lege seu sta-  
 tuto experiri possit. v. M E V. ad b. tx. n. 32.

## §. VII.

IV tum denique juris communis BENEFICIVM vulgo dici-  
 tur REMEDIVM L. si CONTENDAT 28. ff. de Fidejuss. quocum  
 res ita est comparata, ut fidejussor, qui metuit, debitorem vel  
 confidejussorum aliquos, cunctante creditore in exigenda solu-  
 tione, solvendo esse desisturos fore, ex hoc remedio Judicem im-  
 plorare poscit, ut adigit creditorem, ad instituendam confessum  
 suam adversus debitorem principalem & omnes fidejussores pro-  
 ratâ actionem, ne si isti postmodum evaderent inidonei, exce-  
 ptio excusionis aut divisionis sibi pereat. (§. 4. & 5. enim jam  
 diximus, ad id, ut beneficia excuss. & divis. locum habeant, re-  
 quiriri, ut omnes tempore L. C. sint solvendo) Creditore nihil  
 minus cunctante, fidejussor vel plane liberatur, vel suam saltet  
 partem contingentem exsolvere tenetur, quoad residuum vero  
 perpetuum creditori imponitur silentium, & statim a limine ju-  
 dicii repellitur. Quo de remedio elegantem conscriptis Disput.  
 Dn. LAVTERBACH, quæ extat in collect. Dispp. Vol. II. n. 84,  
 quod brevitatis studio B. L. remittimus.

## §. VIII.

V tum vulgo appellatur BENEFICIVM ASSISTENTIÆ, quod  
 natales suos derivat ex Recessu prov. Wolgast. de 1637. d. 11. Jan. cuius  
 is est tenor, ut fidejussori, a creditore cōvento, statim in primo  
 termino licet debitori principali & confidejussoribus item de-  
 nunciare, & petere, ut ii citentur ad assistendum & onus fide-  
 jusso-

iusloris conventi, solvendo partes, sublevandum, quibus citatis, in bona eorum, tempore quo solutio paratur, simultanea pro rata decernitur executio. Sedes hujus benef. est in Tit. III. dicti Rec. §. Wenn ein fideiussor vom Creditore besprochen wird, soll derselbe, dem debitori oder Confideiussoribus, entweder absonderlich oder insgesamt, alsfort in primo termino litem zu denunciiren, auch an dieselbe, daß sie litig adhæriren, citationem zu extrahiren, bemächtigt seyn. Es erscheine nun der debtor oder confideiussores auf solche denunciation und citation, oder nicht, so soll nichts desto minder die sententia oder Verordnung, welche wieder den, vom Creditore belangten, fideiussorem eröffnet wird, auch wieder den debitorem principalem und confideiussores, denen lis denunciaret worden, gelten, und wieder dieselbe, auf des belangten fideiussoris Anhalten, die execution solcher Urtheil verrichtet werden: Jedoch solches dem Creditori zu keinen præjudicio gereichen, besondern es verbleivet derselbe einen Weg wie den andern beym belangten fideiussore, und mag wieder denselben auf die erkamte ganze summam exequiren lassen. Plura de insigni hocce beneficio hic differere supersedeo, peculiari illud commentationi servaturus.

## §. IX.

Jam demum sequitur Vtum notabile illud BENEFICIUM STYLICURIE, quod sine dubio a Stylo curie, cui quippe natales suos debet, denominationem suam accepit; sed, quo jure? adhuc disquiri mereatur. Communi enim, tantum non omnium, Dd. calculo STYLUS CURIE istiusmodi saltem denotat consuetudinem, que ordinem & modum procedendi in iudicio determinat. vid. late S. STRYK in Disp. de Stylo curie, sicque ad solam formam processus restringitur, quatenus is per consuetudinem hoc vel illo modo dirigitur; Ut proinde eam excludat consuetudinem, que respicit atque concernit merita causæ. Dicendum itaque foret, Beneficium Styli curie male appellari sive denominari a Stylo curie, istud quippe non tam ad formalia processus, quam potius merita causæ, pertinet. Verum enim vero nondum satis confects.

festa res est, stylum curiae ad sola formalia processus esse restrin-  
gendum, sumitur potius promiscue pro *consuetudine judicaria*,  
*que a Judice in decidendis controversiis, non tantum formalia processus,*  
*sed & merita cause resipientibus, tanquam norma quedam est attendenda*  
*& que servanda.* Unde JCtis non infrequens est illa locutio: *Se-*  
*cundum stylum & observantiam curie causa debent determinari: it. stylus*  
*est legitimus statutorum interpres;* Quas & ejus generis alias loquen-  
di formulas hic pertinentes, videbis apud MOEGLING. in Biblio**b.**  
**jur. univ. Tit. Stylus curiae.** Hinc inferendum utique videtur, hujus  
beneficii denominationem optimo jure desumptam esse a *Stylo*  
*curiae.* E quibus facilis negotio formari poterit definitio **BENE-**  
**FRICII STYLI CURIAE** nominalis, quod sit: *remedium, per Stylum*  
*curiae, in favorem fideiussorum introductum.* Ad cuius naturam atque  
indolem uberioris evolvendam pedem jam promovemus.

## CAPUT II.

### DE

### BENEFICIO STYLI CURIAE IN SPECIE.

#### §. I.

**B**ENEFICIUM STYLI CURIAE est favorable aliquod remedium,  
per consuetudinem Pomeraniae introductum, & jure provinciali confir-  
matum, vi cuius plures confideiussores, licet in solidum fideiussent  
ac divisionis beneficio renunciaverint, opposita exceptione Stylus curiae, ni-  
bilominus saltim in portionem virilem tenentur. Germanice dicitur:  
Des Fürstl. Hoff-Gerichtsoder, der Land-Gebrauch. Merito  
autem definitur per favorable quoddam remedium, siquidem  
quam maxime favorem respicit fideiussorum, qui, ob factam be-  
neficio divisionis renunciationem, ex iure civili utique ad soli-  
dum præstandum forent obligati, ope vero huius beneficij ab  
eo liberantur. Et quanquam Dn. MEVIUS in Comm. ad Jus Lub.  
L. III. T. 5. art. 2. n. 9. & 10. ea sit in opinione, hocce benefici-  
um Styli curiae nil aliud, quam renovationem atque confirmatio-  
nem

nem illius beneficii divisionis, quo ex iure civili iam gaudent fideiussores, continere: Attamen ipse in *Discus. Levam. Cap. IV.* §. 4 n. 42. sq. & in *Consil. 37. n. 47. sqq.* dilucide contrariam mentem declarat, quâ, præter renunciationem beneficii divisionis ex iure civili, insuper etiam renunciationem Styli curiæ requirit ad id, ut unus ex fideiussoribus in solidum conveniri possit. Id quod perquam multis præiudiciis, aliisque attestatis iudicibus, nec non Dd. privatorum testimoniis satis confirmari, §. 4 & 5. evictum dabo.

## §. II.

Introductum esse beneficium styli curiæ per consuetudinem Pomeraniz, §. præced. dixi. Necesse autem est, ut in primam huius consuetudinis originem atque natales paulo curatus inquiramus. *Dñ. MEVIVS in all. Consil. 37. n. 47.* testis est expertus & omni exceptione maior, illam iam ante annum 1570. hic locorum uſa obtinuisse, nec nisi ratione in all. *Discus l. c. ful* fultus viri cuiusdam docti annotatione, natales eius derivat a tempore der grossen Banqueroute derer Gebrüder der *Loitziorum*, mercatorum, inclyte famæ ac opulentæ fortunæ, Sedeniensium. Hi humili genere nati, referente *FRIEDEBORNIO in Cbron. Sedin. P. II. p. 93.* multas sibi quæsiverunt opes multamque famam, non solum mercaturam undiqueaque per vicinas terras exercentes, sed & conditione sua non contenti, ad altiora aspirarunt, castella, prædia, aliaque sibi acquirendo, vitam instar primi ordinis Nobilium egerunt; Quo ipso tanta ipsi crevit auctoritas ac fama, ut bene pecuniā collocasse autumarent homines, eam *Loytziorum* manibus committendo. Ingens itaque pecuniæ summa ex remotissimis etiam locis ipsorum fidelium commodati nomine committebatur, quam liberalitatem quotannis decem, quin duodecim, & quod excedit, imperialibus usurarum loco compensabant. Et hac ratione non solum ipsi alii pecuniā ac mutuandi liberalitatem dolose elicuerunt, sed &, ut putat *MICRAELIUS in Antiqu. Pom. L. III. P. 2. n. 13. SIGIS-* MUNDO Poloniae Regi, æris alieni tum indigo, autores fuerunt,

ut

ut centena millia thalerorum a Principibus Pomeraniae mutuo sumeret, quam summam & accepit, datis quamplurimis fideiussoribus, magnis autem difficultatibus solutionem retardavit Ducibus Pom. eam exigentibus, quin postmodum plane denegavit, ut ex Recessibus provinc. bene multis, ad naufragium usque hoc caput tractantibus, edoctus sum. Ast, quanta quanta etiam erat alieni æris summa, quam duo fratres Lorzu colummodo a Nobilibus, civitatibus, ecclesiis, monasteriis, pupillis, aliisque Pomeraniae incolis, mutuo acceperant, quæ viginti tonnas auri superabat, haud tamen fuit tanta, quæ brevi non dilapidarent ac decoquerent, ut tandem etiam anno 1572. d. 4. Apr. in fugam Dantiscum se conjecterint, eoque ipso creditoribus fidem fefellerint. Quæ exinde enatae fuerint in Pomerania turbæ, litigia, interpellationes, jurgia, insectationes & perturbations, facilis est coniectura, dum plerique fere Nobilium & præcipui civium pro ipsis aliisque, qui ad credendam ipsis pecuniam ab aliis mutuo sumpferant, fidem suam interposuerant, ita, ut ubique de fide fracta, quin submersa penitus, conclamaretur. Uti & colligere licet ex *Recessu provinc. Wollinenſi de 1575.* d. 27. Jun. Ad liberandam itaque contritam ubique fidem, incolasque a cessione bonorum & imminente ipsis exilio, tum quoque creditoribus paranda solutionis remedia, spectabat quam maxime, inter fideiussores dividi debita, ut omnibus, quibus spössonderant, omnes satisfacerent, cum singuli vix singulis absque hoc remedio potuerint. Inde & publicas cogitationes consiliaque hac de re Principes ac Ordines provinc. instituisse, ipse all. *Recess. de 1575.* docet. Conf. *Recess. Treptov. ad Regam de 1608. d. 8. Mart.* §. Vtachdem auch Beßlagte ic.

### §. III.

Investigata, quantum propter penuriam subsidiorum licuit, origine beneficij Styli curiae, in quæstionem iam venit: Num *Constitutio quædam publica* exest, qua beneficium Styli curia fideiussoribus vel sit induitum, vel saltem confirmatum? Ex allegato §. præced. *Recessu prov. de 1575.* id quidem exploratum habemus, illustrissi-

C

Pom

Pom. DuceM JOHANNEM FRIDERICUM Statibus provincia-  
libus promisisse, se quamprimum comitia instituturum, in qua  
inter alia & hanc quæstionem communis placito decidendam fer-  
vavit; quomodo intelligenda sit formula, quidve iuri circa illam deter-  
minandum, si fideiussores ein für alle und alle für einen semet obliga-  
verint? Probabile itaque admodum, promissa in effectum fuisse  
deducta, hancque quæstionem ita decisam fuisse, quemadmo-  
dum praxis hodierna eam servat. Vivum illud iuris patrii ora-  
culum Dn. M E V I U S in Comm. ad J. Lub. c. l. ea etiam est in o-  
pinione, extare hanc in rem quandam Constitutionem Pomer.  
quæ tamen nihil aliud, quam simplicem confirmationem bene-  
ficii divisionis, contineret. Qualis vero, vel de quo anno, hæc  
sit Constitutio, ne verbo quidem tetigit. Sine dubio tamen  
digitum intendisse videtur in Recessum quandam provincialem,  
prouti & nonnulli provocant ad Recessum supra adductum Wollin.  
de 1581. in quo tamen ne iota quidem hac de re reperitur, se-  
ducti, sorsan altero illo beneficio, cuius §. 4. Cap. I. mentionem  
fecimus, nempe excusionis, quod ibi quā bona feudalia, ratio-  
ne debitoris principalis ante fideiussores exequendi, confirma-  
tur ac extenditur. Quanquam & ipsi Visitatores Dicasterii Du-  
calis in Recesf. Visit. de 1616. verbis supra Cap. I. §. 4. alleg. huius  
beneficii divisionis, quasi in d. Recesf. de 1581. latentis, faciant  
mentionem. Alli putant sedem huius beneficij inveniri in Re-  
cessu prov. de 1585, quem, scil. Wolgastanum de h. a. d. 27 Maii, a  
capite ad calcem legi & perlustravi, nil tamen eius rei ibidem  
dispositum inveni. Interim admodum est verosimile, alium de  
eodem anno extare, sicut & quandam Treptoviensem, verum  
particularerem, de hoc anno, quin & verba ex Recessu quodam  
provinc. de h. a. allegata inveni sequentia: Woferne in obliga-  
tionibus dem Stylo curiae oder dem Hoff-Gerichts-Gebrauch  
allhie in Pommern nicht renunciaret, so sind die fideiussores  
nicht in solidum gehalten, et si expresse in solidum se obligave-  
rint, sed pronunciatur: Dass ein jeder seinen Strang erlegen  
solle. Verum num hæc verba sint Recessus Treptoviensis, num ve-  
ro alias cuiusdam de h. a. in medio relinquon, cum mihi hæc-  
nus,

nus, utut sollicite inquirenti, eius videndi copia haud facta fuerit. Interim tamen tum temporis, statim post habita anno 1585. dicta comitia provincialia, frequenti usu in iudiciis obseruatum fuisse hunc Stylo curiae, ex praejudiciis & testimoniiis, quæ suppeditat Dn. MEVIUS in *Disc. Lev. l. c. n. 43.* satis dilucide patet.

§. IV.

Nullum itaque supereft dubium, quin, etiam si certa lege scripta, quâ hoc beneficium est confirmatum, deſtituamur, res ipsa in praxi firmissimo nitatur talo; Perpetuo ſiquidem iudiciorum provincialium ſtylo ita ſervatum fuiffe, tot tamque multa proſtant praejudicia, quibus etiam in iudicio contradictorio pro obſervantia huius Styli curiae fuit iudicatum. Sic enim Dn. MEVIUS in *Discus. levam. l. c. num. 43.* teſtatur, ſibi obveniſſe instru-  
menta quædam obligationis, quorum alterum anno 1587, alterum 1589, ſcriptum, quæ continuuerunt præter renunciationem beneficio divisionis, etiam in ſpecie Stylo curiae, factam. In alio quodam instrumento de 1595, afferit, fideiuiſſores in ſolidum ſe obligaſſe, ac beneficio divisionis, non vero Stylo curiae, re-  
nunciаſſe, eamque ob cauſam ſubt a controverſia inter VINCEN-  
TIUM BL UCHERN auctorem & BOGISLAUM KRAKEVITZ  
reum, exceptionem Styli curiae opponentem, Ducalem curiam Wolgastanam iudicasse, reum ob allegatam exceptionem non renunciati Styli curiae, licet beneficio divisionis fuerit renun-  
ciatum, non ultra virilem ſuam ratam teneri. Multa alia hanc in rem extare praejudicia ac iudicata, quorum partem ipfem et  
obtinuit, teſtatur idem Dn. MEV. *Conf. 37. n. 49.* Præterea hanc conſvetudinem conſirmat ſolenne atteſtatum a Dicasterio Pome-  
ranico, tempore iam Regiminis Svecici, pro informatione Col-  
legii Juridici extranei, ad quod acta fuere transmissa, datum,  
quod exhibet MEV. *al. Tratt. n. 42.* Id quod e papyro in chartam  
h c transcribere haud poenitebit, ſequentis tenoris.

C. R. S.

Wir zum Vor-Pommerschen Hoff-Gerichte verordnete Di-  
rektor und Rath. Ihrkunden und bekennen hiemit für jedes-  
m ns

männiglichen, daß uns der Wohl Edler und Vester Julius Paul Schmatzhagen, auf Venzewitz gesessen, supplicando angefügter, was maassen er zu nöthigen Behueff seiner streitigen Sachen, glaubhaftten Schein und unsere Nachricht, wegen des Gebräuches und Styli curiæ, daß nemlich, wenn verschiedene Personen für jemand gelobet, ungeachtet, ob selbige in solidum sich verschrieben, und daneben der epistole D. Adriani oder dem beneficio divisionis, nicht aber zugleich dem Stylo curiæ renunciaret, dennoch ein jeder nur auf seinen Strang zu belangen sey und condemnirer werde, ganz gern haben möchte, und darüber unsere gerichtliche attestation zu ertheilen gebeten. Wenn wir ihm denn in sothauer rechtmäßigen petito nicht entseyn mögen noch wollen: Als bezeugen wir hiemit und in Kraft dieses öffentlich, daß angezogener Stylus curiæ am Königl. Hoff-Gerichte allhie, wann selbiger allegiret, und von den Partheyen opponiret, alle wege observiret, und bis anhero beobachtet. Immaassen dann noch ohnlängt in Sachen sel. Hans Steins Wittwen contra Impetranten selbst, item Caspar Corschwandten contra eundem, nach sothauer observance und üblichen stylo allhie erkant worden. Welches wir hiemit unter des Hoff-Gerichts Insiegel attestiren und uhrkunden. Datum Greifswald den 31. Aug. Anno 1649. Ex publico hoc apposito documento luce meridiana clarior apparat vera beneficij Styli curiæ natura, simulque omni dubio exempta eiusdem observantia, præjudiciis confirmata.

## §. V.

Præter publica hæc judicata atque documenta judicialia haud levem insuper fidem huic observantiae judiciali conciliant privatorum Doctorum, tam domesticorum, quam extraneorum, asserta atque testimonia, quæ in scriptis nubis reliquerunt. Inter hos autem primum atque antesignanum deprehendo MATTH. STEPHANUM, JCtum atque Profes. Gryph. celeberr. inque praxi patriæ versatisimum, qui in *Oeconomia Juris*, quæ anno 1614, primum in lucem publicam prodiit, L. III. C. 50. n. 28. hisce disertis

tertis verbis eius observantiam testatur: In Pomerania & Megapoli  
 fideiussores etiam necesse habent renunciare Stylo curie. Qvod si non (†)  
 fecerint, quilibet fideiussorum conveniens solidum exsolvere teneatur. Sy-  
 lus enim & consuetudo curie utriusque est, qvod unus ex fideiussoribus in  
 solidum conveniri nequeat, si reliqui fideiussores solvendo sive. Adeo  
 vigore eius consuetudinis quis liberatur, si pro quota sua creditori satisfe-  
 cit, reliquum necesse habet a ceteris fideiussoribus solvendo existentibus  
 petere: Nisi huic consuetudini renunciatum sit. Huius vestigia legit  
 Excell. Dn. MEVIUS in Comm. ad J. Lub. L. III. T. 5. art. 2. n. 9. sq.  
 & in saepe laud. Tract. de Lev. inop. debit. C. IV. S. XIV. n. 42. sqq. nec  
 non in Consil. 37. n. 47. sqq. ubi eam, quam in Comm. ad J. L. l. c.  
 supra jam notatam, fovit sententiam, mutavit insimulque uberius  
 illustravit, his quidem verbis: Styli curie Pomeranica is tenor  
 est, qvod fideiussores, ut in solidum semet obligaverint, ac beneficio di-  
 visionis renunciaverint, non tamen ultra, quam in virilem partem, obli-  
 gentur. Receptus is est adversus renunciationum facilitatem, & baſternus  
 sic obſervatur, ut non attenta ulla renunciatione alia, nisi expreſſe & ſpe-  
 cifice renuncietur Stylo curie, fideiussoris in solidum fideiubenis condemna-  
 tio ultra virilem partem non fiat. Ut pluribus iudicatis, qvorum partem  
 ipſem obtinui, si opus foret, demonſtrare licet, sed notoriuſis eſt, ne-  
 negatur (ſcil. in cauſa proposito) ab actoribus, quin potius expreſſe  
 eum conſentur. Replicant ſatim, eo, qvo fideiussor eſt interpoſta, tem-  
 pore nondum in uſu fuſſe Stylum curie. Sed falluntur & fallere cogitante  
 moria provincialis ignaros. Additum ait exemplar obigationis longe an-  
 tiqioris, idq; a fide digno Notario auſcultatum, ipſoq; originali, qvoties exi-  
 gatur, corroborandum, aliud oſtendit. Notum qvoq; eſt in hac provincia, &  
 ipſe obſervavi, ante annum 1570. Stylum curie praefatum in uſu iam fuſſe.  
 Dn. MEVIOUſ reliqui Dd., eius autoritate ſuffulti, non aliter,  
 ut grus gruem, ſecuti ſunt, uti Dn. COCHIUS, Aſſessor quon-  
 dam S. Tribunal. Wismar. meritisimus, in Praxi fori Germ. P. III.  
 sub rubro: Exceptio Styli curie. it. Dn. Mascov. Antecess. Gryph.  
 in all. D. de Benef. cedend. ait. in procēm. verbis: Cum qvo (ſcil be-  
 C 3 nef.

(†) Nota, particulam; non, integrum tanquam ſenſum evertentem, per erro-  
 rem irrepelliſſe.

nef. divisi) omnino convenit, imo laetus quoddam remedium est Styli curie, statuto & consuetudine in Pomerania & Megapoli receptus, qui est, ut fideiussores, utri renuncaverint beneficio divisionis, ultra viritem tamen non teneantur. Prout videre est apud MEV. in Dic. Lev. & Consil. supra all. ll. Porro B. Parens Excell. Dn. Præsidis, Dn. JACOB BALTHASAR, Professor Gryph. dum in vivis erat celeberrimus, postea Regiminis Ducalis Mecklenburgici & Cancellarie judicialis ibidem Vice-Director dignissimus, in Colleg. MSæto in Eckbolti Comm. ad ff. anno 1687. habito, quod in multorum versatur manibus, Tit. de Fideiuss. ubi his usus est verbis: *In nostra Pomerania ne sufficit quidem, hæc tenus recentis beneficiis speciatim & nominatim renunciasset; sed nihilominus fideiussores non tenentur in solidum, nisi in specie renunciaverint Stylo curie, provocans itidem ad autoritatem Dn. MEVII in all. Tr. hoc ipsum præjudiciis judiciorum confirmantis. Quibus non nisi ætate inferior jungendus Magnif. Dn. P. B. GERDESIVS, Antecessor. Gryph. ante aliquot annos celeberr. jam vero R. Dicasterii Director dignissimus, de Universitate hac atque universa patria meritissimus, in Exercitat. suis Academ. ad Institut. habitis, Exercit. 28. tb. II., ibi: In Pomerania & Megapoli sola renunciatione beneficii divisi: hoc non excludit, sed insuper renunciatione esse debet stylo curie.* Inter JCtos extraneos praxin hanc patriæ afferentes, eminet Dn. S. STRYK in D. de cautela abundantia in contract. n. 83. Cui non tantum assentitur, sed & quâ Megapolini universalem huius benef. Styli curia evincit praxin Feudista ille Megapolitanus TORNOWIUS in egregio suo Tract. de Feudis Mecklenb. p. I. Sect. 4. S. 10. p. 586, ubi simul integra expressaque verba *Opib. 25. Reversal. Ducatus Megapol. hoc privilegium, in gratiam fideiussorum introductum, confirmantium, exhibet.*

## §. VI.

Diiudicanda iam sequitur quæstio, quam hic enucleare inter-  
est. Num scilicet beneficium Styli curia bodiendum indolem consuetudinis habeat:  
Num vero naturam legis scriptæ induerit? Plerique sane Dd. existi-  
mant, consuetudinem, licet postmodum in scripturam sit redi-  
cta & a Principe expresse confirmata, naturam tamen pristinam  
salvam retinere. v. F. GERDES in D. de maiore parte ejusq. prærogat. C. III.  
*th.*

Th. 3. STRYK in all. D. de Styl. Cur. Cap. III. n. 8 & 24. sqq. Scriptura enim  
 conservandæ saltem memoriae causa accedere solet & facilioris  
 probationis gratia, (quamobrem P. RAVENNAS in Tr. de Consuetud. di-  
 xit, consuetudinem scriptam probari sola apertione librorum) &  
 Princeps consuetudinem solummodo secundum qualitatem ori-  
 ginariam approbasse censetur, HUNN. ad TREUTL. V. I. D. 1. Qv. 53;  
 nisi verba a Principe confirmante adiecta aliud svadeant, utpote si  
 per modum sanctionis expressæ in scripturam redigi curaverit,  
 aut alia ratione animus eiusdem appareat, quod consuetudinem  
 in posterum pro lege scripta haberí velit, HOPP. in Comm. ad T. II.  
 7. § 9. Cum autem in præsenti casu hac de voluntate superi-  
 oris non constet, sed potius hic Stylus curiæ, tam in all. Recessu  
 Provinc. quam in Reversal. Megapol. ut consuetudo allegetur, dicen-  
 dum erit, beneficium Styli curiæ naturam atque indolem con-  
 suetudinis retinuisse. Quemadmodum & hoc aliis ex iure pa-  
 trio desumptis exemplis & locis parallelis, quibus consuetudo,  
 licet in scripturam redacta & legi scriptæ inserta, nihilo secius  
 antiquam retinuit naturam, comprobari potest, uti videre li-  
 cet ex Ordinat. Rustic. Pomer. de 1616. T. 10. §. 9. ubi expressis quidem  
 verbis confirmatur consuetudo generalis in pagis Pomer. recepta,  
 verum non instar novæ legis, sed antiquæ consuetudinis,  
 ibi: Unsere aber sowohl unsrer Prälaten, Graffen und Ritter-  
 schafft Bauren, sollen sich zwar in andern Sachen nach gemei-  
 nen Kaiserlichen Rechten, in z. puncten aber, als Erbschichtung  
 und Bezahlung der verhandenen Schulden, nach bekannten  
 Land-Gebräuch richten, &c. Quin hac ratione sequeretur ali-  
 as, quod si Princeps in genere consuetudines Provincie vel  
 etiam cuilibet Ordini, civitati vel collegio peculiares confirmet,  
 uti in Privilegiis & Recessibus, aliisque Constitutionibus provinci-  
 epius factum legitimus, omnes consuetudines degenerarent in le-  
 ges scriptas, nec consuetudinis vestigium remaneret, quod  
 tamen admodum foret inconveniens.

## §. VII.

Perspecta itaque hactenus beneficij stylis curiæ indole, inda-  
 ganda jam est differentia ejusdem specifica & tam con quam  
 dif-

inconvenientia, quam cum aliis affinibus habet beneficiis, sollicite discernenda. Sic enim omnium arctissima convenientia stylis curiae deprehenditur 1.) cum *beneficio divisionis*, cùm ratione *subjecti*, quod in utroque constituant plures confidejusores pro uno debitore obligati, tum quoque potissimum respectu ad *finem s. effectum habitum*, qui in eo se exerit, ne integrum amplius sit creditoris, unumquemque ex iis in solidum, sed quemlibet faltem in portionem virilem pro rata sua convenienti. Nec minus convenient ratione *modi*; Utrumque enim per modum exceptionis in judicio opponitur. Enimvero posita licet quādam convenientia, insignis tamen inter utrumque intercedit differentia, satis manifesta. Ita namque differunt ratione *originis*, divisionis quippe beneficium ex jure Romano, stylis curiae vero ex jure Pomeranico & Megapolitano, suos derivat natales. Illius effectus cessat, postquam renunciatum ei est: Hoc vero tumdemum competere incipit, post factam scil. benef. divis. renunciationem, quam nullitate quasi obfuscatur & extinguit; ut propria non immerito Dn. M A S C O V. all. l. pro lautiōri quodam re-medio illud venditaverit. Ex quibus inferendum videtur, Dn. M E V I V M, in *Comm. ad 7. Lub. c. l. n. 9. & 10.* pro communi mortali-um forte humani quid passum esse, dum autem, nihil plane stylum curiae discrepare a beneficio divisionis, sed istum non nisi hujus esse simplicem confirmationem ac renovationem, & consequenter nec confirmationem, nec renunciationem beneficii valere, ubi beneficio confirmato renunciatum jam est, quam sententiam ex paritate rationis, sed frustra, colorare annuitur. Salva alioquin maneat tanti viri auctoritas; Ipsi etenim fere unice, & nobiscum omnes reliqui Dd. ac Practici notitiam hujus notabilis beneficii debent, qui primum in *Consil. suo 37. n. 47. sqq.* & deinde in *all. Tr. de Levam: debit. l. c.* in naturam atque differentiam ejus curatus inquisivit. Hoc tamen in passu non possum non, quin ab eo discedam: Beneficium siquidem S. C. plane novi quid in se continere ac correctoriam & derogatoriam esse consuetudinem, nonsolum ex expressis adducti Rēcessus provinc: & attestati judicialis R. Dicasterii verbis: Ohngedach

tet ob selbige in solidum sich verschrieben und daneben der epistola D. ADRIANI, oder dem beneficio divisionis, nicht aber zu Gleich dem stylo curiae renunciaret, dennoch ein jeder nur auf seinen Strang zu belangen sey; Sed & reliquorum Dd, tam de praxi hac patriæ, quam Megapoleos, uno ore testantium, probatur assertis, hpho s. hanc in rem allegatis.

## §. VIII.

Porro propinquiori quadam & arctiori cognatione stylus curiae contingit 2) Beneficium *assistentie*, jam Cap. I mo §. 8. a nobis expositum. Hoc euidem primo intuitu tacitam involvere videtur styli curiae confirmationem, si ipsa c. L. allegata verba spegetes, quia fidejussori convento conceditur potestas, compellandi debitorem principalem & confidejussores ad sublevandum onus, per solutionem partium. Quale vero onus sustineat ille, non satis capio, siquidem beneficio excussionis ac divisionis &, quod maximum, stylus curiae gaudet. Sed ecquis hunc beneficiorum cumulum pro onere habiturus esset, cum magis commodum afferat, & per consequens, remotis tantis, in citando ad assistendum debitore & confidejussoribus, ambagibus, mox per viam exceptionis procedere possit conventus fidejussor, opponendo nimirum excussionis, divisionis & stylus curiae exceptionem. Facilis proinde est conjectura, eum hic subintelligendum esse casum, ubi propter renunciationem cessant præfata beneficia. Cum enim hanc ob causam fidejussor ferendum habeat onus, quod ante principalem conveniatur vel solidum præstare debeat; Non tantum a probabilitate non recedit, sed & ipsa ratio dicitur, prospectum esse fidejussori per hanc Constitutionem, ut, insuper habita dictorum beneficiorum renunciatione, nihilominus tamen pro rata, in portionem nempe virilem confidejussores compellari debeant ad solutionem sive collationem suarum partium, inque horum bona, cum solvendum est, simultanea, pro rata, decernenda sit executio. Ast, qua itaque superest differentia inter beneficium stylus curiae & hocce benef. *assistentie*? Resp. In-

D

signis.

signis. Hoc enim assistentia beneficium incipit demum altero cessante. Nam si fidejussori adhuc succurri potest per beneficium styli curiae, non opus habet beneficio assistentia. Tum beneficio styli curiae fidejussor adversus creditorem eatenus securus est, ut hic teneatur etiam reliquos fidejussores convenire & a singulis ratam petere. Ast beneficium assistentia equidem fidejussori hoc tribuit beneficium, ut vel debitor, in quantum est solvendo, eum indemnem praestet, vel ceteri fidejussores, ad ejus instantiam, suas ratas ipsi conferre teneantur. Verum ipse creditor non in diversas partes abire, suamque actionem adversus singulos reos instituire tenetur, quod admodum molestum, sed ipse unum ex pluribus compellit fidejussorem, summario instituto processu. Quemadmodum & verba finalia allegata: Und soll wieder die confidejussores, auf des belangten fidejussoris Anhalten, die execution solcher Urtheil verrichtet werden: Jedoch solches dem Creditori &c. haud obscure id innuunt. Ut inde adeo indistincte hoc beneficium assistentiae pinguis ac salutarius, nec etiam frequentius beneficio styli curiae, cum Dn. M<sup>scovio</sup> in all. D. S. ult. dici haud possit, quin potius alio respectu beneficium styli curiae, alio vero beneficium assistentiae pinguis ac salutarius, utrumque vero admodum frequens in praxi salutatur.

### §. IX.

Denique 3.) tanquam affine aliquod beneficium locum hic sibi vindicat notabile Remedium L. Si contendat 28. ff. de Fidejuss. Cujus cum stylo curiae convenientia in eo se se exercit, quod utrumque locum habeat circa confidejussores, beneficio divisionis frui desiderantes. Attamen apertissime quoque invicem discrepant. Remedium enim L. Si contendat per modum actionis, beneficium autem styli curiae per modum exceptionis in judicio proponitur. Illud obtinet, si beneficio divis. non est renunciatum, hoc ad sui competentiam prærequirit renunciationem divisionis beneficio factam. Illud privilegatum forum, hoc communione agnoscit. Illi ubicunque locorum, ubi receptum est jus Romanum, huic non nisi in Pomerania & Megapoli locus est.

CA.

## CAPUT III.

DE

PROCESSV CIRCA BENEFICIVM STYLI CVRIÆ,  
EJVSQVE EFFECTIBVS ET CONTRARIIS, IN  
JVDICIO INPRIMIS OBSERVANDIS.

### §. I.

**J**Am ordo me dicit, ut brevibus dispiciam, quænam ratione processus, intuitu hujus beneficii, in judicio sint observanda.  
Ubi ante omnia inquirendum, *In quibus Pomerania nostre judiciis usu obincat beneficium stylis curie?* Et quidem r.) universim ac generaliter usum ejus per Pomeraniam nostram invaluisse, ex lupa diutis facile constat. Quemadmodum itaque ejus observantiam, qua Pomeraniam in primis Citeriorem, antecedenti Capite adstruximus, ita etiam, quo minus qua Pomeraniam ulteriorem afferamus, nil impedit, cum certo certius sit, in dubio utramque Pomeraniam communibus iisdemque uti juribus ac consuetudinibus, v. *Recess. Wolgast. de 1606. §. 2.* Als auch in dem Punct &c. ibi: Weil beyde Regierungen in diesen Landen ein corpus, und obberührte Privilegia und Abscheide communia instrumenta seyn &c. Quod hodie qua eam citerioris Pomeraniae partem, quæ Trans-Penensis dicitur, & Regi Borussiæ jam cessâ est, eo minus habet dubii, cum hæc hodienum utatur juribus ac consuetudinibus, quæ olim cum Pomerania Cis-Penensi Svecicæ habuit communia, quorum usus exprefse ipsi confirmatus in *Pacificatione novissima, Regis Svecie inter & Borussia Regum Majestates inita ao. 1720. §. 6.* Idem quoque qua Principatum Rugiæ, terram Ducatu Pomeraniae incorporatam, afferi posse, extra omnem dubitationis aleam positum est. At enim vero, haud diffiteri possum, hanc potissimum quæstionem crucem mihi figere: *Num stylus curie saltē in Dicasterio Regio, num vero in aliis quoque Pomeranie judicis, locum inveniat? Judicia in Pomerania nostra varii & multiplicis esse generis, alia universalia, alia particula.*

D 2

cula.



cularia, hæcque iterum vel Ducalia vel civitatensia, ex instituto, historiam cuiuslibet delineando, ostendit Excellent. Dn. PRÆSES in seiner Historischen Nachricht von denen Landes Gerichten in Pommern und Rügen. Inter hæc omnia autem, & quidem secularis jurisdictionis, olim Dicasterium Ducale, eo tempore, quo primum hic stylus curiae invaluit, fuit supremum. Quemadmodum itaque hujus supremi tunc temporis judicij jurisdictione universalis erat; sic & consuetudo seu stylus curiae hujus superioris judicij reliquis pro norma erat, in primis cum lege provincie universali fuerit probatus atque firmatus. Hodie itaque, quamvis quadantenus mutata fuerit judiciorum nostrorum forma, nihilominus tamen, dum observantia & vigor hujus stylus curiae ex priscis temporibus est deducendus, hodienum omnia judicia Principis, tam universalia, ut S. Tribunal, ac certa ratione Illustriss. Regimen; quam particularia, ut judicia Præfecturarum, nec non reliqua, ut Patrimonialia Nobilium, hunc stylum servare, rationi ac veritati convenient. Majoris ales plena est questio: Num 3.) in Judicio ecclesiastico, R. scil. Consistorio, in causis Clericorum; nec non 4.) in Concilio Academico hac servetur observans? Quam questionem hac quidem vice in medio relinqu. Denique 5.) inquirendum restat: Num etiam hic stylus curiae Ducalis attendendus si in judicis civitatensibus, imprimis iis, que jure utuntur Lubeensi? Cujus L. III. T. 5. art. 2. constitutum, ut si plures fidejussores in solidum semet obligaverint, indistincte etiam quilibet ex iis in solidum conveniri possit. Hujus questionis anceps videtur decisio, ut inde etiam Dn. Mascov in al. Disp. de benef. ced. act. §. ult. anceps hæsitans, in medio eam relinquit. At enim vero, cum hisce Civitatibus, titulo plerumque oneroso, jurisdictione inferior privative a Principe concessa sit, v. Dn. PRÆSES al. l. Sect. I. P. II. Cap. I. §. 2. ita ut etiam judicia superiore eorum statuta & consuetudines ante omnia in iudicando sequi teneantur, v. Hoff. Ger. Ordin. P. I. T. 14. ibi: chrbahren und guten Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten, it: P. III. T. 4. §. 10. afferere non vereor, in hisce judiciis eo casu, quo plures fidejussores singuli in solidum semet obligaverint, non attendi beneficium stylus curiae.

Hoc

Hoc siquidem diu post receptum in Pomer. Jus Lub. per consuetudinem saltem est introductum. Quæ consuetudo est correctoria, hinc contra expressam dispositionem Juris Lub. non attendenda, nisi in specie fuerit recepta. Quod vero in civitatibus factum non constat, nec invito Magistratu fieri potuit. Hinc videmus, cum olim ao. 1669. contra dispositionem juris Lubec. privilegium præferentiae piorum locorum civitatibus jure Lub. dotatis obtruderetur, Illustr. Regimen hisce civitatibus, in specie Sundensi, Resolutione speciali, his quidem verbis, prospexit: Und dann die Königl. Regierung nicht gemeinet, bemeldter guren Stadt Stralsund extra casum prædictum, bey dem Jure Lub. daraus observirenden Gerichts Brauch oder andern privilegiis hierdurch einiges præiudicium zufügen zu lassen; es ohne dehm auch Rechtens ist/ daß die correctiones jurium strassime zu verstehen seyn/ &c. Quod si itaque Princeps vel Regimen nequidem expressa sanctione, invitatis civitatibus, juri Lubecensi contrarium introducere voluit, multo minus haec vis consuetudini generali Provinciæ, contra specialia jura civitatum expressa, & a Principe ipsis confirmata, indulgenda. Et hoc quoque inclinat Dn. MEV. ad 3. Lub. ix. cit. n. 12, nec non Dn. P. B. GERDES in all. Exere. Disp. 28. tb. u. his quidem verbis: Hoc ( quod scil. non sufficiat fideiussores benef. divis. renunciasse, sed insuper quoque stylo curiæ renunciari debere,) qua Nobiles, aut tamen immediate Dicasterio subjectos, minus dubii habet: Sed si sine cives, & quidem ejus civitatis, ubi iur. Lubec. est recepsum, tum securus sequimur textum 3. Lub. L. 3. T. 5. a. 2, donec is, qui in non usu hujus juris se fundat, convariam observantiam probaverit. Atque ita in hac civitate quandam iudicatum novi. Inde porro sequitur, quod, licet a iudicio civitatis eiusmodi casus per appellationem ad Dicasterium vel S. Tribunal sit delatus, iudex superioris instantiæ, in qua alias non illius, sed huius stylus pro lege est, MEV. p. IX. D. 30. n. 4. utut ibidem hic stylus curiæ in viridi sit observantia, nihilominus tamen secundum statuta & consuetudinem iudicis a quo, cui in iudicando surrogatur, pronunciare debet,

at, v. Ordin. Dicast. I. c. & MEV. all. l. ut & STRYK in D. de styllo curie. C. IV. n. 18. Rectius autem & breviori via hic incedi potest, si non tam ad iudicia, in quibus recepta, sed potius ad personas, quarum intuitu introducta, vel quas obligat haec generalis Pomeraniae consuetudo, respiciamus, hancque generalem formem regulam: quod hicce stylus curiae generalis sit, & omnes, non tam immediate, quam etiam mediate, Dicasterio, quin aliis quoque iudiciis superioribus subiectos obliget, nisi reus coram iudicio civitatis ordinarie forum sortiatur. Hinc Nobilis fideiussor, in iudicio civitatis per reconventionem conventus, gaudet exceptione beneficij stylis curiae, non autem civis urbanus fideiussor, reconventus in iudicio Dicasterii vel S. Tribunalis, cum quilibet suo iure, quo alias in foro suo ordinario gaudet, sit iudicandus.

## S. II.

Consequens jam erit investigare: Quomodo persone, quibus competit beneficium stylis curiae, eo in iudicio uti debeant? Unanimis sane Dd. est consensus, quod, si quis beneficio quodam in iudicio frui velit, illud proponere & allegare teneatur: Hoc namque omittens beneficium abdicasse censetur, MEV. P. V. D. 42. n. 5., nec enim regulariter judex attendit, quod pars non allegat, MEV. P. I. D. 86. n. 3., & suam sibi quisque negligentiam imputet, l. 24. ff. qua in fraud. cred. imo beneficia alicui indulta, juxta CAROC. Dec. 116. n. 3., hanc tacitam involvunt conditionem, si eis uti velit. Quomodo autem constabit Judici, an quis eo uti velit nec ne, nisi alleget atque proponat istud. Ipsamet Imper. IUSTINIANVS §. 4. J. de Fidej. disertis verbis eandem mentem suam declarat hunc in modum: Sed si ab uno fideiussore creditor totum consecutus fuerit, hujus solidus derimenitum erit, & sibi imputare debet, cum potuerit juvari ex epistola D. Adriani & desiderare, ut pro parte in se detur actio, quod merito applicamus ad beneficium stylis curiae, ob identitatem rationis. Allegandum itaque est hocce beneficium per exceptionem stylis curiae, cuius demum ope fideiussor tutus erit a solidi præstatione, non ipso jure. arg. AVTH. Praesente C. de Fidej. Idem haud obscure indigitant verba supra addu-

adducti attestati R. Dicasterii: Wenn selbiger allegiret und von  
 den Partheyen opponiret. Quare etiam eam in exceptionum  
 numerum retulit Dn. COCH. l. c. Sed quorū referendā  
 est exceptio stylī curiæ? Notoria enim exceptionum divisio  
 est ratione effectus, in peremptorias, quæ perimunt seu in totum  
 extinguunt actionem, & dilatorias, quæ actionem tantummodo  
 ad tempus differunt. Sine dubio iis est annumeranda, quibus  
 communiter accensetur exceptio divisionis. Hanc autem ple-  
 rique peremptoriam dicunt, v. M E V. P. V. D. 42. n. 3. & P. VI. D. 93.  
 n. 2. COCH. l. c. p. 300. quia respectu portionum reliquorum con-  
 fidetur plane intentionem creditoris excludit. Alii e  
 contra admittunt exceptions anomalas, quæ non in omnibus  
 sequuntur naturam peremptoriarum vel dilatoriarum, sed de utri-  
 usque speciei indole aliquid participant & singulari quodam ju-  
 re, tam ante, quam post L. C. opponi possunt, idque ratione di-  
 versi finis, tum ad declinandū paulisper judicium, tum ad peri-  
 mendū. Harum in classē quoque exceptionem divis. collocant  
 M E V. P. VI. D. 93. n. 4. ROSBACH. in Prax. civil. Tit. 43. n. 7. sq. COCH  
 l. c. p. 292. & HERING l. c. C. 28. n. 31., qui hanc sententiam verio-  
 rem & communem assert. Itaque in istarum numerum quoque  
 exceptionem stylī curiæ merito refero, quoniam ratione reli-  
 quarum portionum confidetur, solvendo existentium, cre-  
 ditoris intentionem in totum excludit, eo vero in casu, ubi non  
 amplius solvendo sunt, executionem seu condemnationem sal-  
 tem differt. His præmissis facili negotio colligitur, quo tempo-  
 re in iudicio opponenda sit exceptio stylī curiæ. Dilatoriae omnes  
 ante, peremptoriae vero regulariter post L. C. opponuntur, v. Or-  
 din. S. Tribun. P. II. T. XI. & Dicaf. P. II. T. 10. & F. GERDES in Coll.  
 præl. P. II. Sezt. I. C. 5. Exceptio stylī curiæ autem, quia est ano-  
 mala, tam ante, quam post L. C. ad sententiam usque, instar ex-  
 ceptionis divis: opponi poterit, quod innuunt verba l. 10. §. 1.  
 C. de Fidej. ibi: ante condemnationem. Imo secundum MYNSING.  
 Cen. III. O. 69. & BERLICH. P. I. Concl. 79. n. 13. post sententiam in  
 ipsa executione opponi potest, modo tamen non post solutio-  
 nem, §. 4. J. de Fidej.

Sed

Sed, num exceptio S. C. etiam in processu executivo, quando scil. agitur ex instrumento gwarentigato, locum habet? Mitior sane rectius sententium est sententia, falsas nihilominus recognoscendi esse exceptiones, contra instrumentum gwarentigatum sibi competentes, peremptorias, quæ vel ingressum litis, vel ipsum debitum tollunt, vel in continentis sunt liquidabiles. v. COLER. in Proc. exec. P. IV. C. I. n. 15. BERLICH. P. I. Concl. 84. n. 24. CARPZ. P. II. C. 18<sup>o</sup> d. 4. & ex instituto Consult. Dn. PRÆSES in D. inaug. de Probat. in continentis, toto Cap. V. Hæc autem exceptio stylis curiæ, tanquam notoria, maxime est ex numero earum, quæ in continentis liquidabiles dicuntur, & quæ litem, si non in totum, tamen in tantum, perimunt, si confidejusores sunt solvendo. Proinde & lodus ei erit in processu executivo. Verum; quid si iusto tempore opposita fuerit exceptio S. C. num ab allegante probanda? Regulariter exceptionem suam probare tenetur reus, l. 9. ff. de probat. quia hic excipiendo fit actor, l. 19. ibid. v. Ordin. S. Tribun. P. II. T. 32. §. 5., in primis probanda est consuetudo opposita ab eo, qui super illa intentionem suam fundat, et quippe ad questionem facti accedit, GAIL. L. II. O. 31. n. 15, facta vero non presumuntur, nisi probentur, & sic dicendum foret, exemptionem S. C., tanquam ex consuetudinario descendente, ab allegante probandam esse. Enimvero, utut ea consuetudini suos debeat natales, alter tamen res cum illa est comparata, siquidem notoria hæc est consuetudo ac evidens ex quamplurimis præjudiciis & testimoniis. Notoria vero consuetudo probatione non indiget, GAIL. L. I. O. 26. n. 16. & L. II. O. 31. n. 17. STRYK in all. D. de S. C. Cap. 5. n. 3. sqq. neque causa cognitione; sed judex ex officio super eam statuit, MEV. P. VIII. D. 202, & P. II. D. 377. quin nihil indecentius, quam judicem permittere, ut partes de jure certent, quod curia scire & exercere, non a partibus expedire debet, MEV. P. II. D. 378. n. 8, imo notorium, per evidentiam rei inductum, efficacius omnibus dicitur probationibus. Exceptionem itaque stylis curiæ objiciens eam probare non tenetur. Num vero plane allegationem ejus intermittere potest, & judex ex officio eam supplere tenetur? Communis D D. cohors in eo convenit, consuetudinem utut

ut ut notoriam, allegandam tamen esse in judicio, quamvis non probandam. Licet enim relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab onere proponendi, v. GAIL. L. II. O. 46, n. 21 & ll. cit. Modo tamen ex actis non appareat mens excipientis; hoc enim casu judex ex officio eam attendit, quare per clausum salutarem imploratus omisla supplere solet. v. BÖHMERI Comp. ff. Tit. de Except. §. 20. MEV. P. VII. D. 155. P. VI. D. 4. § 40 sicut & in conservudinem allegatam ex officio, pro abbrevianda lite, inquirere potest. MEV. P. II. D. 377, n. 2.

## §. III.

Presso iam pede progredior ad non minimi momenti *effectus* beneficij stylī curiæ, per exceptionem oppositi, perquirendos: Hi respiciunt modo *creditorem*, modo *fideiūssorem* *conventum*, qui hocce beneficio gaudet, & denique ipsum *Judicem*. Ratione 1.) *Creditoris*, hic seū exercit *effectus*, ut restringatur ipsius arbitrium, quemlibet fideiūssorum in solidum conveniendi, ita ut non integrum amplius ei sit, procurare contra fideiūssorem *conventum* condemnationem ac executionem in solidum, sed ut partem contingentem s. ratam a quolibet petere teneatur. Hinc in Pomerania supervacanea, quin inutilis, videtur cautela, quam Dn. S. STRYK in Tr. de *Cauel. Contralt.* S. II. C. 6. tb. 6. commenda tam vult creditori, partem saltem ab uno fideiūssorum, qui divisionis beneficio renuntiarunt, exigenti, ut nempe hoc agat cum protestatione, se hoc facto a solidi petitione nolle resilire, sed regresum sibi servaturum fore. Licet enim creditor quam solemnisime hunc in modum protestetur, obstat tamen ipsi beneficium stylī curiæ, quod liberat fideiūssores a solidi præstatiōne, et si beneficio divisionis expresse renunciaverint. 2.) *Ipsum fideiūssorem* *conventum* quod concernit, in hujus quoque persona insignis beneficij stylī curiæ oritur *effectus*, ut nempe ultra suam virilem partem non teneatur, si reliqui confideiūssores sint solvendo, nec suam saltem partem exsolvendo fiat cessionarius. Quod si enim, propter renunciationem beneficij divisionis, in solidum creditori sit obligatus, gaudet quidem cedendarum actionum beneficio;

E

cio;

cio; Verum cum illud molestia quid secum trahat ac ambagibus sit involutum, laetus omnius fideiussori erit beneficium stylis curiæ. Denique beneficium stylis curiæ effectum suum quoque exercit ratione *Judicis*. Supra enim traditum iam est, beneficium stylis curiæ ortum debere consuetudini, quæ in iudiciis accurate attendenda & observanda; Est enim instar legis, imo ius facit & legi scriptæ æquiparatur, §. 9. *J. de J. Nat. G. & Civil.* l. 32. ff. de L. L. Si ius est, a iudice quoque in iudicando servari debet, *Artb. Jubemus C. de judic. & princ. J. de Off. Jud. & præprimis attendenda est*, v. *MEV. P. III. D. 7. P. V. D. III. n. 2.* Hinc in patria nostra publicis Constitutionibus cautum legitimus, ut *Judices supremorum iudiciorum tam L. L. quam consuetudinum periodi* sunt, v. *L. T. Absch. de 1603. den 5. Decembr. §. Altdieweil auch ic. it. Haupt. Commiss. Recess. de 1663. §. Zum vierden, imo iuramento, quamprimum officium suscipiunt, semet adstringere renentur, se velle iudicare secundum L. L. & cuiuscunque loci statuta ac consuetudines, v. *Trib. Ordin. P. I.T. XIX. & Ordin. Dicab. P. I. T. 14.* *Judex ergo, contra consuetudinem iudicans, item perinde suam facit, ac si contra ius commune pronunciasset, GAIL L. II. O. 38.*, imo ipso iure nulla est eiusmodi sententia, per *A. 4. C. de sent. & imerl.* *Eo magis vero in patria observandum ipsi erit beneficium stylis curiæ, quo pluribus id præiudiciis & L. L. provincialibus est confirmatum: Præiudicata quippe instar normæ sunt, ob autoritatem rei perpetuo similiter iudicatae, l. 38. ff. de L. L. v. Dn. P. B. GERDESII Disp. de Norma judic. controv. feud. in Pomer. C. II. §. n. & Excell. Dn. PRÆSES in all. Histor. Judic. prov. Pom. Seß. I. Per. II. C. I. S. ult.**

#### §. IV

Non autem, ut demum ad contraria properem, effectum in iudicio fortitur beneficium stylis curiæ.

I. ) *Si ei specifice atque valide fuerit renunciatum. Cum enim nullibi hac de re lex prohibitiva extet, licitum cuilibet est, iuri in favorem suum introducto renunciare, l. 41. ff. de Minor. l. 46. ff. de Paß. & l. 29. C. eod.* *Triplex vero communiter statui solet renunciatio, instrumentis obligationum, fideiussoriarum, adjici s. inseri*

inseri solita. 1.) generalissima 2.) generalis subalterna & 3.) specia-  
lissima. Generalissimam, tanquam plane indefinitam, non sufficere  
ad excludenda beneficia fideiussoria, plerorumque Od. tuior  
& iuris rationi magis convenientis est sententia, præjudiciis quo-  
que Cameræ Imper. approbata, v. HERING C. XVII. n. 36. sqq.  
ibique all. D.d. Mtv. P. IX. D. 186. & in Disc. Lev. C. IX. n. 26. sqq.  
Paulo alter res sepe habet cum renunciatione generali subalterna,  
per speciem quandam circumscriptam; quæ iterum in duas abicit  
clases; Aut enim in specie, non vero singulatim, renunciantur  
beneficiis fideiussoriis, quæ renunciantibus non tanquam  
creditoribus generatim, sed ut fideiussoribus in specie compe-  
tunt & quasi propria sunt: Allen und jeden denen Bürgen zuständi-  
gen Rechts-Wolthaten. Aut vero nominatum præmissis, e-  
xempli causis, quibusdam exceptionibus, generalis renunciandi  
clausula adjicitur, v. gr. Et wolle sich hiemit der exception ex-  
cussionis und aller anderer ihm als Bürgen, zustehenden rechtes  
von Wolthaten begeben haben. Utramque hanc renunciandi  
speciem sufficere putant D.d. ad id, ut fideiussores destruantur  
beneficiis sibi alioquin competentibus, quia exinde clarius mens  
renunciantium colligi potest, quod scil. abdicata velint in spe-  
cie beneficia fideiussoria, non illa, quæ cum aliis habent com-  
munia, v. HERING C. XVII. n. 45. sqq. quin per posteriorem clausu-  
lam omnia reliqua, eiusdem cum recentis generis, beneficia,  
ut ut non enumerata, censentur abdicata, v. Mtv. P. IX. D. 186,  
& per consequens etiam beneficium styli curiae abdicatum, di-  
cendum videtur. Verum cum nulla regula sit tam firma, ut  
suas non patiatur exceptiones, ita & hæc admittit limitationem,  
scil. nisi beneficia vel exceptiones quædam specificam & expre-  
sam desiderent renunciationem, vel magni alicujus sint momenti,  
quæ nominatum exprimi debet, v. Mtv. in Disc. Lev. l. c.  
n. 22. Quorum in classem exceptionem quoque styli curiae  
referendam' puto; hanc siquidem majoris esse momenti, nemo,  
naturam eius callens, facile in dubium vocabit, quia contra iu-  
ris communis tenorem est introducta & fideiussorum concernit  
præjudicium. Hinc, licet fideiussores per renunciationem gene-  
ralem

ralem subalternam repudium miserint beneficiis sibi competentibus, istis tamen solummodo intelliguntur renunciasse, quibus ex iure communi gaudent. Proinde si fideiussores in creditoris commodum, omni prorsus beneficij styli curiae auxilio semel privare velint, necesse est, ut specifice & nominatim renuncient stylo curiae, in Pomerania recepto. Quod si fecerint, nullum amplius postmodum in eo reperient aufugium: Ad renunciata enim non datur regressus, l. 14. ff. de adil. edit. 1., & absolum est, redire ad ea, quibus renunciandum putarunt, l. 11. C. de reb. cred. Non ergo conqueri potest talis fideiussor, in solidum conventus, quod iniuria sibi fiat: Nullam enim, ut dicitur in l. 9. ff. de aqua pluv. arc. videri potest iniuriam accipere, qui semel voluit; nec, ut loqui solemus, volenti fit iniuria. Præter alias vero cautelas, in eiusmodi specialissima renunciatione observandas, ad id quoque quam maxime est respiciendum, ut renuncians prius certiores atque edoceatur, quid sibi velit illud beneficium, cui renunciare intedit. Nemo enim presumit renunciare iuri, quod ignorat, l. 19. ff. de inoff. testam. & l. 9. ff. de bared. petit. in primis si sic ius aliquod singulare contra dispositionem iuris communis introductum, ut hoc beneficium styli curiae, quod in consuetudine quadam singulari latet. Speciales, quæ circa hanc certiorationem, ratione Notariorum, observandæ sunt, cautelas larga manu suppeditarunt & discusserunt GAIL L. II. O. 77. n. 6. & 7. & Dn. Mev. sepe laud. Tr. de Lebam. Deb. Cap. IX, ut adeo hac opera facile supersedere possim. Paucis saltē notandum, creditorem securitati sua omnium optime consulere, si instrumento fideiussionis expressis verbis in extensa, ut loquimur, forma, tenorem beneficij styli curiae, cui renunciandum, inseri curet, his verbis: Ich renunciire nicht nur allen und jeden, denen Bürgen zustehenden, Rechts-Wohlthaten, als dem beneficio excusionis, divisionis, und wie sie sonst Uthahmen haben mögen, sondern auch besonders dem Pommerschen Lande-Tags - Absch. de 1581. nach welchen ein fideiussor nicht vor den principal debitor zu excutire, wie nicht weniger dem in Pommern hergebrachten stylo curiae, (Landes oder Hoff-Gerichts Gebräus)

brauche,) welcher in dem L. T. Absch. de 1585. gegründet, nach welchen ein Virge, wenn er gleich dem beneficio divisionis renunciaret, dennoch nicht weiter, denn seinen Strang zu zahlen schuldig ist. Cum hac ratione omnis occasio disceptandi super certioratione, quippe quæ ipsi instrumento inferta, praescindatur. v. STRYCK. *Cant. Conr. S. I. Cap. V.* §. 7. sq.

Expressæ renunciationi subjicio II. tacitam, quæ fit I.) iuramento. Hoc enim vim habet specialis & expressæ renunciationis, l. 77. §. 23. ff. de Leg. 2. GAIL. L. II. O. 27. n. 23. HERING l. c. C. XXVII. P. I. n. 46. Si itaque fideiussor iuramento se obstrinxerit, se absque ulla exceptione, alias competente, solutum, beneficio styli curiæ uti non poterit. Vid. Dn. MEV. cit. tr. C. IX. Sed, num simplex illa formula, qua fideiussores absque adieicto iuramento, einer für alle und alle für einen, se obligarunt, tacitam involvit beneficii styli curie renunciationem? Hanc ne quidem exceptionem divisionis excludere, supra evictum dedi, multo itaque minus beneficio styli curiæ per eam renunciatur. 2.) Si fideiussor in solidum conventus exceptionem styli curie in judicio non opponit. Qui enim exceptionem habet, nec tamen profert, iuri suo renunciare videtur; cum vigilantibus, non dormientibus, jura subveniant, & præterea, habere exceptionem, sed ea uti nolle, & non habere, paria reputentur. v. HERING C. 27. P. 2. n. 82. sqq. conf. tamen quæ supr. §. 2. in fine differuimus.

III.) Locus non est beneficio S. C. si confideiussores non amplius solvendo sunt. Hoc enim casu cum divisionis beneficium cesset §. 4. J. de Fidej. nec consuetudo hæc vel lex patriæ juris sint prohibitiivi, cessabit quoque benef. S. C. Eadem enim utriusque est ratio.

IV<sup>to</sup>) Denique nullo gaudet effectu beneficium S. C. in illic fideiussoribus, qui, se fideiussores esse, dolose inficiantur & de aperto mendacio convincuntur, his enim auxilium divisionis non indulgetur, l. 10. §. 1. ff. de Fidej. Qod ob paritatem rationis ad beneficium S. C. applico. Communis quoque Dd. est conclusio: Quoties quis dolose negat contractum, toties convictus amittit omnes exceptions contra hunc contractum.

Item, qui negat fundamentum beneficij, eodem indignus censetur. Unde merito fideiussori, fideiussionem dolere inficianti, postmodum vero ad beneficium stylis curiae confugienti, obvertitur illud: Frustra leges invocar, qui contra L. L. committit, per l. 36. ff. de Minor. Aedes hic omnino Excellent. Dn. CARMON. Anteceſſ Rostoch. Comment. ad regulam: Fruſtra L. L. invocat, qui contra legeſ committit. ſelz. I. S. 18. Plura hinc in rem, notatu digna; vide apud HERING: C. 27. P. 1. n. 210. 241.

Equidem & plura addere, dignitas materiæ & forſan expectatio Lectoris desideraret. At enim vero, habita præsentis temporis & conditionis meæ ratione, ne iustum dissertationis academicæ metam excedat specimen hocce, filum abrumpo, devota mente agnoscens gratiam divinam pro viribus haec tenus clementissime concessis; quas & imposterum ad prosequenda studia mea largiri mihi velit benignissime.


S. D. G.

---

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
**DN. RESPONDENTI**  
 JUVENI POLITISSIMO.  
 S. D.  
**PRÆSES**

**N**On immiterito olim CICERO effatus: *Omnia, que a nobis geruntur, non ad nostram utilitatem, sed ad Patrie salutem conferre debemus.* Sua hoc constit effictum veritate, iusque ratione; Tuque, doctissime Dn. ENGBRECHTI, tuo exemplo hoc com-

comprobas, dum inde usque, quod Jurisprudentiae studio te totum mancipaveris, ita studiorum tuorum rationem instituisti, ut commodium atque utilitatem, exinde olim in Rempublicam redundaturum, ante omnia respexeris. Felici itaque consilio Jurisprudentiam patriam amico foedere cum Romana ubique conjunxisti, ne tibi, quod alii quandoque accidere solet, obveniat, qui mox, in exterias Academias evolantes, biennii, & quod excurrat, spatio ibidem exacto, in Patriam revolantes, jus patrium ne primis quidem labris degustarunt, sed, illotis sic manibus, ad praxin accedentes, non fecus, ac cum COLVMO in alium orbem se translatos esse putant, & tandem Patres ignorantiae, cum pudore saepe audire coguntur illud opprobriamentum QUINTI Mv CII in l. 2. §. 43. ff. de Orig. jur. Turpe esse Patricio, causas oranti, ius, in quo veratur, ignorare. Laudo itaque tuos conatus, doctissime Dn. ENGELBRECHTI, miror ingenii tui agilitatem, qui, vix ac ne vix quidem absoluto in academia patria quadriennio, difficultatem sane atque absconditam juris patrii materiam, a frequentitatem usū & Praxi maxime commendabilem, adeo docte atque solide, non tantum theoretice ex primis & genuinis suis fontibus deduxisti, sed & practice, usum ejus in judiciis patriis ubique frequentem ac necessarium demonstrasti, ut non Tyronem, sed veteranum potius Prædicum te judicare quis posset. Gratulor itaque tibi ex animo de felici hoc studiorum tuorum primo edito specimine: Gratulor Parentibus tuis dulcissimis, de felicitate illa, quæ hodie ipsis contigit, dum jam primitias studiorum filii sui unici, optimæ indolis, capiunt, indeque lætiores atque ubiores sibi fructus promittunt; Gratulor & mihi de affido hoc, qualem te haftenus habui, auditore, quemque in quotidiano amplexu habere summa mihi voluptas est. Faxit supernumen Numen, summus ille Magister, qui ex occulto producit ingenia, ut in spem Patriæ, gaudiumque Parentum tuorum diu sospes incolumisque supersis, studiaque tua indies majora capiant incrementa, ut spes tandem pulcherrima te soveat, legitimo studiorum cursu perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus ejus, tibi credendis, gubernari.



R omani tradunt plures cunabula juris;  
Turbato vero, proh dolor! ordine agunt:  
Cum prius in leges patrias inquirere fas sit,  
Tum postremò alii invigilare juvat.  
Mille tulit patrias majorum cana vetustas,  
Themata, quæ præbent, plurima pro Cathedra,  
Rara tamen res est atroque simillima Cygno,  
Jurisconsultos exacuisse animum  
Viresque ingenii indagando Patria jura;  
Jus potius tractant sedulo Cæsareum.  
ENGELBRECHTE, doces Patriæ perquirere jura;  
Datque fidem dictis pagina terfa tua,  
Qua mediante *stylum* declaras *curia* acute,  
Ut tua, quisque sciat, quid valeant studia.  
Crebro superbitur peregrinâ sœpè Minerva;  
Hoc verò scriptum fistitur arte tua.  
Inde tuos laudo conatus pectore vero,  
Laudo sudores, judiciumque sagax.  
Gratulor ergo TIBI, clarisque parentibus ipsis  
Quod TE doctrinâ moribus atque bonis  
Excultum pulchrê in sua gaudia crescere cernant,  
Insta sic cœptis, præmia quoque aderunt.  
TE foveat blanda interea benedictio cœli  
Æterni semper plena favore Dei.

SINGVL A Vota DIV tibi solvit fidVs aMICVs.


P. C. de KISLEBEN,  
Nob. Pomer. LL. Stud.

**ULB Halle**  
003 334 392

3



*Slc.*





Pr. 16. Num. 2  
1706, 1

DISSERTATIO JVRIDICA  
DE  
**BENEFICIO STYLI  
CVRIÆ,  
FIDEJVSSORIBVS IN POME-  
RANIA INDVLTO.**

QVAM  
**DIVINA FAVENTE GRATIA,  
CONSENTIENTE MAGNIFICO JCTORVM ORDINE IN ACADE-  
MIA GRYPHICA,**

PRÆS IDE  
**DN. AVGVSTINO BAL-  
THASARE,**

JVR. VTR. DOCT. AC PROFESS. REG. ORD. CELEBERR.  
DN. FAVTORE AC PRÆCEPTORE SVO  
DEVOTA ANIMI OBSERVANTIA COLENDO  
AD DIEM APRIL: MDCCXXXVI.

H. L. Q. C.  
PVBLICE VENTILANDAM PROPONIT

AVCTOR ET RESPONDENS  
**JOH. BRANDAN. ENGEL-  
BRECHT,**  
GRYPHISW. POMER.

GRYPHISWALDIAE,

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZV HALLE

E TYPOGRAPHEO CAROLI HÖPFNERI, REG. ACAD. TYPOGR.

